



INDEX DISPUTATIONUM

Theologicarum

sub Praesidio Leonb. Hutleri.

De Confessione Augustana

2 De unitate essentiae divi-
nae et personarum Trinitatis

3 De personarum in unadi-
vina essentia differentis
notis characteristicis ordine
et de generatione ac divi-
nitate filii Dei aeterna

4 De divinitate Spiritus Sancti
ejusque aeterna processione
a Patre et filio, et de Sa-
cramentis tam veteribus quam
recentioribus etc.

5 De peccato originali per
difficiliam scripturis polytimum
opposita.

6 De blasphemia in Spiritum
sanctum sive peccatum ad
mortem

7 De unione hypostatica du-
arum naturarum in Christo

8 De communicatione et
naturarum et eorum
Idiomatum in Christo

9 De officio Christi sacerdo-
tali et statu Summationis

10 De officio Christi re-
gio, et statu exalta-
tionis

11 De justificatione ho-
minis peccatoris coram
Deo

12 De efficacia ministerii
verbi et sacramentorum
Dei Ministeriorum Ecclē-
siae vocatione

13 De bonis operibus

14 De Ecclesia a. 7. 8. c. 11.

15 De sacramento ingere-
re 13 a. c. 4.

16 De Baptismo, c. 4.

17 De Coena Domini. 10

18 De poenitentia et
Confessione 11. 12

19 De Traditionibus hu-
manis in Ecclesia

20 De rebus civilibus
et potestate Ecclesi-
astica. 16 c. 17

21 De extremo pudore

22 De libero arbitrio

23 De causa peccati

24 De cultu sanctorum

25 Ex Jerem. Ecce agnus
illi Dei qui tollit peccata
mundi

26 De verbo Dei
scripto seu scriptura

27 De verbo Dei
scripto seu scriptura

28 De verbo Dei
scripto seu scriptura

29 De verbo Dei
scripto seu scriptura

30 De verbo Dei
scripto seu scriptura

31 De verbo Dei
scripto seu scriptura

32 De verbo Dei
scripto seu scriptura

33 De verbo Dei
scripto seu scriptura

34 De verbo Dei
scripto seu scriptura

DISPUTATIO III.

DE VNIONE
HYPOSTATICA DVARVM
IN CHRISTO
NATVRARVM,

QVAM

Auxiliante Spiritu Sancto

PRÆSIDE

LEONHARTO HVTTERO
SS. THEOLOGIAE
DOCTORE,

*Die 17. Junij, horis pomeridianis
defendet*

M. BARTHOLOMÆVS VVINT-
TER ALTENBURGENSIS.



F E N Æ

Typis Tobia Steinmanni

ANNO MDLXCVI.





J L L V S T R I S S I M O R V M
Saxonia Ducum: FRIDERICI GVILHELM I, Elect. Sax. Admin: & JOHANNIS F.F. &c. consiliarijs intimis,

V I R I S

Magnificis, Antiqua nobilitate, consilio, auctoritate, fide, ac virtute, longog, rerum usu & experientia praestantissimis:

Dn. IOHANNI à VVOLFFERSDORF,
in Marckersdorff & Dölitz praefecto
VVeissenfeldensi:

Dn. CAROLO à FRIESEN,
in Rethau, praefecto Altenburgensi,

Dominis, & Mecœnatibus suis, omni observantia studio colendis

Haec de Persona Christi Ἰεσὺς Χριστὸς positiones

*In debita observantia testimonium
Et grati animi symbolum*

M. & S.

*M. Bartholomæus VVinter
Altenburgensis.*

DISPUTATIO III.
De Vnione Hypostatica duarum naturarum
IN CHRISTO.

THESIS I.



VM D. Apostolo teste, ὁμολογούμενος
magnum pietatis sit mysterium, quod Deus ^{1. Tim. 3.}
manifestatus est in carne, assumptus in glo- ^{16.}
ria: omnis verò Spiritus, Christum Iesum ^{1. Ioh. 4. 3.}
in carnem venisse negans, ex Deo non sit:
opera sanè pretium fuerit, hanc quoq; do-
ctrina Christiana partem, pralucente infallibili verbi cæ-
lestis pharo, investigare accuratiùs.

2. Initio autem duas distinctas, & toto quidem gene-
re differentes in Christo esse naturas, divinam scilicet &
humanam, Catholica confitetur Ecclesia.

3. Et divinam quidem naturam non in tempore cæ-
pisse, uti Cerinthus & Ebion blasphemarunt: non aeterno
Deo patri ἑτερόσιον, sed ὁμοόσιον esse; ἕως αἰῶνος tamen à
persona patris realiter differre, contra Arium & Patripas-
sianos, superiore disputatione proxima demonstratum fuit
copiosius.

4. Quare de divinitate Christi pluribus asserenda,
tanquam αἰτήματι προσηγορευόμενον nunc non laborantes, ad
ipsam duarum in Christo naturarum unionem aliquate-
nus explicandam, accessum facimus.

5. Credimus autem ac confitemur, λόγον, qui est per-
sona Trinitatis secunda, ab aeterno in sinu essentia patris
genita, in plenitudine temporis ex Maria virgine assum-
pisse naturam humanam, in ἕως αἰῶνος sua κοινωνίαν.

6. Confirmant hoc omnia ea scripturarum testimonia

qua utramq; naturam in Christo mediatore disertè copu-
lant ac conjungunt. Ies. 7, 14. Ierem. 23, 5, & 6. 33,
15. & 16. Luc. 1, 35. Rom. 1, 3. 9, 5. Gal. 4, 4. 1o
Tim. 3, 16. &c.

7. Offerunt autem sese hac in unione, duo quasi eius
termini: Vnus, ex quo: Alter, in quem: Qui probè obser-
vati, magnam huic disputationi lucem inferre solent.

8. Terminus ex quo est B. virgo Maria, ex cuius
substantia, veram & integram humanam naturam λόγον
verè assumpsisse statuimus.

9. Sic enim Angelus ad Mariam: Ecce concipies in
utero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESUM:
Spiritus n. sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi ob-
umbrabit tibi: ideoq; quod ex te nascetur sanctum, Filius
Dei vocabitur. Luc. 1, 31, & 35.

Apol. 2.
pro Chris-
tianiis pag.
58.

10. Quemadmodum verò Spiritus sanctus non Δι-
συνστάσας ἀλλὰ Δι-δυνάμεως τὴν πᾶρθενον ἐγκύμονα κατέστη-
σε, ut Iustinus Martyr loquitur, non per concubitum, sed
per virtutem virginem reddidit gravidam.

11. Ita ipsa quoq; & λόγος incarnatio, non paulatim,
aut successivo motu δημιουργικῶς: sed uno momento perfe-
cta, & conceptione ἐνεσῶτι sive instantanea omnino abso-
luta esse, piè creditur.

Damasc. l.
3. orth. fid.
c. 2.

12. Nam, ut praeclarè Damascenus loquitur, statim
ac caro illa cepit esse, propria Dei Verbi caro facta est: &
ut Athanasius habet, in ipso statim conceptionis ortu, caro,
Dei verbi ἑνωσάσει unita est: ἅμα σὰρξ, ἅμα θεὸς λόγος
σὰρξ: ἐν αὐτῇ ἑνωθεῖσα τῇ λόγος ἑνωσάσει.

Athanas.
dial. 4. de
Trinit.

Gregor. in
Moral.

13. Et D. Gregorius, Angelo inquit, nunciante, &
Spiritu adveniente, mox verbum in utero, mox intra ute-
rum verbum caro.

14. Caterum λόγον non partem aliquam, sed totam
humanitatis substantiam, corpore & anima rationali con-
stantem,

stantem, ex Maria assumfisse, cum D. Athanasio credimus. Athanasii

Symb.

15. Ut enim Evangelista Iohannes in suo pronuncia-
to. Verbum caro factum est, voce carnis phrasi hebraea
integram humanam naturam designat: ita seorsim de a-
nima Christi, eiusq; proprietatibus naturalibus expressa
Scriptura sunt testimonia. Mat. 20, 28. 26, 39. Iob. 10, 17.

16. Et profecto cum non corpore solo, nec anima sola;
sed omnibus omnino sui partibus homo peccaverit, totum
utiq; redemi etiam necessum fuit.

17. Quod enim assumptum non est, id ne sanatur qui-
dem: Servatur autem id, quod unitum est Deo: ἡ ἀπεόσ-
ληπτον ἀθεράπευτον; ὁ δὲ ἠνώγει τῷ θεῷ, ἵστο καὶ σώζειαι: ut i
Gregor. Nazianzenus loquitur.

18. Hinc Damascenus Totum inquit, totus assumfit
me, & totus toti unitus est, ut toti salutem largiretur: ὅλον
ὅλος ἀνελαβέμε καὶ ὅλον ὅλον ἠνώγει, ἵνα ὅλον τὴν σωτηρίαν
χαρίσηται. I. 3. orth.
fid. cap. 6.

19. Est verò humana haec natura, ex B. virgine Ma-
ria assumpta, non modò in ipso incarnationis actu, quoad
partes eius essentiales, earumq; proprietates ita perfecta &
absoluta, ut rectè omnino Epistola ad Hebraeos Christum
per omnia fratribus similem esse factum pronunciet: Ve-
rùm hodieq; in ipso etiam glorificationis statu ita eas sal-
vas, sartas, tectas retinet, ut in perpetuum neq; immuten-
tur, neq; tollantur. Heb. 2, 17.

20. Errant ergò, quoad prioris huius termini conside-
rationem Valentiniiani, Manichaei, & pleriq; nostri seculi
Anabaptista, fingentes λόγον veram carnem humanam ex
Mariae virginis substantia, nostraq; ὁμοόσιον nullo modo as-
sumfisse: Sed caelitus delatam per uterum Mariae, ὡς Δί-
σωλήνος, quasi per canalem propagatam, vel ex ipsa etiam
ἢ λόγῃ substantia veluti concretam esse, ut caeleste non
terrenum censerit debeat. Tertull. lib.
contra Val-
entin.
Irenae. l. 1.
c. 1. & l. 3.
c. 4.

Ignat. epi.
2. ad Tral.
lianos.

Irenæus l.
1. c. 12.

l. 5. hist.
trip. c. 44.

Soer. l. 2.
hist. Eccl. c.
36.

hist. Magd.
Cent. 2. f.
94.

Niceph. l.
4. c. 28.

21. Errat Cerdon, & huius discipulus Marcion, hosq; se-
cuti alij, à potiore heresis parte Δοκησῶν dicti, qui λόγον non
veram carnem humanam, sed Φάλασμα tantummodo ac-
cepisse: & incarnationem, nativitatem, reliquasq; Christi
& actiones & passiones κατὰ δόκησιν ἢ Φαλασίου duntaxat
contigisse somniarunt.

22. Errat Apollinaris tribuens Christo veram qui-
dem carnem ex virginis matris substantia: animam ve-
rò rationalem eidem negans, ut cuius vices λόγος execu-
tus fuerit.

23. Errat Apelles Marcionis discipulus fingens Christum
habuisse corpus ex mundi substantia, hoc est, quatuor Ele-
mentis, & siderea quadam materia compactum: illud ta-
men postea corpus, cum in cælum ascenderet, deposuisse, &
unamquamq; corporis eius partem in sua principia rediisse,
aëream ad aërem, cœlestem ad sidera, igneam ad ignem, &
sic consequenter.

24. His annumerandi Perata, Colarbus, Basilides,
Saturninus & alia id genus hereticorum monstra, in as-
sumtam carnem Christi horrendas planè voces, per blas-
phemiam diversimodè evomentia: de quibus Ecclesiasti-
ca videatur historia.

25. Rectè autem Græci Theologi, huiusmodi falsarum
opinionum portentis hanc opposuerunt regulam, ut affir-
marent, duas esse in Christo naturas, ἐξ ὧν, ἐν αἷς, καὶ ἀπερ-
εῖν, ex quibus, scilicet duabus naturis persona Christi cons-
tet, in quibus subsistat, & sit utrumq;.

26. Quoniam verò assumpta hæc natura humana non
est ἰδιοῦσα, propriam per se subsistentiam sive perso-
nam constituens; ac proinde Quaternitatem personarum
Trinitatis introducens: neq; tamen planè ac simpliciter
αὐτὸπρόσωπον: siquidem quæ nec per se, nec in alio suam
εἶναι obtinent, planè non sunt: ideo diligenter admodum

Terminus

Terminus in quem ipsa assumta, & inquirendus & explicandus fuerit.

27. Est autem Terminus ille in quem non locus aliquis, qui termino forinsecus ambiente claudatur: ut cui assumta humanitas adhereret alligata & affixa; & ex eo, *ὡς ἰσχυαῖς ἐπινοίας*, ut Damascenus loquitur, nedum re ipsa unquam dimoveri posset.

28. Sed ipsa ἔστι λόγος ὑπόστασις, qua uti purissima ac simplicissima est, omnem omnium locorum respectum atque conditionem infinitis parasangis incomparabiliter altius excedens: Ita humanam naturam in eandem propriam ὑπόστασιν assumendo simul supra & extra locum assum sit & evexit.

29. Non enim partem aliquam ὑπόστασις ἔστι λόγος ut qua simplicissimus est spiritus, ac plane ὅλως ὁλόνη partem extra partem non habens: sed totum λόγον ὁλικῶς incarnatum esse, sacris edocti literis credimus & confitemur.

30. Qua de re praeclare omnino Damascenus disserit, sic scribens: Ipsius λόγος ὑπόστασις utriusque natura ὑπόστασις existens, nullam ἀνυπόστατον esse permittit, neque alterius esse ὑπόστασις: neque quandoque quidem huius, quandoque vero illius, sed semper utriusque ἀδιαρέτως καὶ ἀχωρίως est ὑπόστασις, non secta & divisa, partem sui huic, partem illi distribuens: sed tota huius, & tota illius ἀμελῶς καὶ ὁλοσχερῶς existens. Non enim in propria subsistentia sustentata est Dei verbi caro, neque in alia ὑπόστασι facta est, quam in Dei verbi ὑπόστασι: sed in ipso sustentata & subsistens potius, neque secundum propriam subsistentem ὑπόστασιν facta est: Quapropter neque ἀνυπόστατον est, neque Trinitati superaddit ὑπόστασιν.

l. 3. orth.
cap. 9.

31. Duplex hic unionis huius terminus, duplicem etiam parit utriusque natura tam divina, quam humana in ipsa unione respectum & considerationem.

Primum

32. Primū enim λόγος in unione hac consideratur ratione ἑσίας, in se & per se à natura humana distinctus, ut cum λόγος dicitur gigni ab eterno patre.

33. Deinde consideratur in unione non quatenus ratione ἑσίας distinctum quid est ab humanitate: sed quatenus unum cum ea constituit ὑφιστάμενον, & atq; sibi per ιδιοποιίαν ita appropriat, ut non modo ὑποστάσεως sua, verum eiusdem etiam ιδιωμάτων, ut quæ cum ὑπόστασι conuertuntur, & sunt quiddam simplicissimum ταυτῆς, humanitatem assumptam reddat κοινωνόν sive participem.

34. Sic humana natura consideratur primū in unione secundum partes suas essentielles, earumq; proprietates ουστηκῶς ex Maria virgine assumptas, quatenus videlicet in ipsa unione distincta quadam à divinitate ἔστος λόγος est natura.

35. Deinde consideratur, non quatenus à λόγῳ naturaliter distinguitur: sed quatenus τῷ λόγῳ ὑποστηκῶς iuncta, & in unum ἀδιαίρητον καὶ ἀχώριστον ὑφιστάμενον cum eo copulata intelligitur.

36. Priore respectu tribuuntur humanitati, quæ cum fratribus suis communia obtinet, secundum quæ naturaliter, in ipsa etiam unione à λόγῳ distinguitur.

37. Posteriore respectu non modo consideratur in unione manens, & hoc vel illud cum fratribus commune obtinens: sed huius ipsius unionis intuitu, vi atq; efficacia, peculiaria planè atq; divina ei adscribuntur: Quæ licet priore modo non possideat, posteriore tamen verè accipit ac possidet.

38. Quæ in parte cūm totius controversia de persona Christi hætenus agitata ἀκρῆ consistat, accuratiùs sanè unionis huius modus ac definitio investiganda fuerit.

39. Prius autem ὡς ἐν παραδόξῳ hîc observandum, Nestorianam planè & blasphemam Pezely, & aliorum sacrament

cramentariorum assertionem esse, statuentium λόγον post
unionem ita totum esse in carne, ut sit totus etiam extra
carnem: imò periculosam admodum phrasin esse garrien-
tium, qua caro Christi intra aeterni λόγος ὑπόστασιν assumpta
esse affirmatur.

Pezel. in
lib. contra
D. Hunniū
f. 36.

40. Quibus uno ore contradicit tum laudabilis ille
Orthodoxorum patrum chorus, ut videre est apud Irena-
um l. 4. c. 79. Fulgentium l. 1. ad Trasimundum: Vigilium
l. 1. contra Eutychen: tum verò & imprimis Patrum illa
celebrata περιχώρησις, qua naturas in Christo, sine con-
versione aut abolitione περιχωρεῖν ἐν ἀλλήλοις, in se mutuò
quasi immigrare & permeare asserunt. Damasc. l. 3. Orth.
fid. c. 3.

41. Neque quicquam proficiunt sacramentarij, oggan-
nientes, περιχώρησιν in hoc de duabus in Christo naturis
articulo, nihil aliud quam αὐτῷ δοσιν seu ἐναλλαγὴν καὶ Ἰπι-
ζευξιν τῶν ὀνομάτων Damasceno significare.

42. Reclamat enim pleno quod aiunt ore ipse Dama-
scenus passim lib. 3. & 4. Orthodoxa fidei: precipuè verò
lib. 4. cap. 19. scribens: Propter unionem secundum ὑπό-
στασιν & Caro deificari dicitur, & Deus fieri, & simul Deus
verbum incarnari & homo fieri: non ut duabus naturis
mutatis in unam naturam compositam, sed ut duabus na-
turis secundum ὑπόστασιν unitis, & τὴν εἰς ἀλλήλους περι-
χώρησιν ἀσύγχυτον, in se invicem immansionem habenti-
bus inconfusam & immutabilem.

43. Hanc arctissimam περιχώρησιν nonnulli patres
μίξιν seu σύγκρησιν mixtionem appellare haud dubitarunt
ut videre est apud Nazianzenum, exclamantem, ὡ τῆς
καὶνῆς μίξεως, ὡ τῆς παρεδόξεως κρείσσεως: & Epiphanium
dicentem, τὰ δύο κρείστας εἰς ἓν: & Irenaeum asserentem
Filium hominis commixtum esse Filio Dei.

Nazian. in
conc. εἰς τὰ
γενέθλια.

Epiph. in an-
corato.

Iren. l. 4. c.
37.

44. Neque verò physicam & corruptivam aliquam

B Mixtionem

Aristot. l. 1.
de gen. &
corr. c. 9.

Mixtionem utriusque naturae in quiddam tertium, quae philosopho est τῶν μίξιν ἀλλοιωθέντων ἐνωσις, intellexerunt.

45. Ὡς οὖν ἐστὶν ἐν ἑαυτῇ λόγος simplicissima ac purissima cum sit, nullo certe modo, quantumvis subtili, alterari, frangi, misceri aut mutari potest.

46. Sed arctissimam & imperscrutabilem planè duarum naturarum divinae & humanae in Christo mutuam ad sese κωνίαν, his vocabulis significare voluerunt.

47. Testis huius assertionis est Rusticus Diaconus de fide Chalcedonēsi sic scribens: Nomen commixtionis posuerunt etiam sanctorum nonnulli: Quoniam verò vereri te dicis, ne forsitan putetur refusio quaedam contigisse, sicut fit in ijs, quae invicem liquida commiscuntur, libero te ab eiusmodi pavore: Saperunt n. sicut nos, nunquam abusi sunt verbo, summam factam unionem earum, quae ad alterutrum convenerunt, significare studentes.

48. Post Eutychis verò certamen in Ecclesia motum de physica mixtionē seu confusione naturarum, factum est ut ipsi quoque Patres vocabulum Mixtionis, & alia id genus, tanquam incommodiora ad explicandum hoc mysterium repudiarent.

49. Sed ut ad ipsum unionis huius modū propiùs accedamus, relegamus ex cōsortio huius mysterij initiō omnes alios unionis modos, ut ὁμόνοιαν, ἀρμονίαν, συναθροισμὸν, σύνθεσιν seu παράθεσιν, μίξιν, μέλαρολήν, σύγχυσιν, συναλοιφήν: item accidentalem illum ἀξίαν, ἰμῆς, δυνάμεως, καὶ ὁμωνυμίας qualem Nestorium docuisse Cyrillus testatur.

50. Ut enim in prioribus illis modis omnibus, unitum nulli eorum, ex quibus componitur, aut quibus unitur, manet substantiale, nec appellationem eorum retinet: ita posterior accidentalis non sine insigni impietatis nota hoc accommodari potest: ut praclare docet Damascenus lib. 3. cap. 3.

Removemus

51. Removemus etiam ex hoc articulo naturalem illum unionis modum, qualis est inter animam & corpus humanum, ut qui mutuam unitorum perfectionem & talem quidem presupponit, ut non modò unita se invicem perficiant: verùm neutrum absq; altero naturalem suam perfectionem obtineat.

52. Deinde diligenter admodum unionis huius duarum in Christo naturarum modum, à ceteris presentia Dei modis sive gradibus distinguendum esse statuimus.

53. Neq; enim hùc quadrat ὁμοσιώδης ille, sive consubstantialis, qua tres personæ Trinitatis unum sunt ὁμοσιώδως. Iob. 30, 30. Siquidem hoc modo humana Christi natura penitus in divinam esset mutata & absorpta.

54. Non ἑσιώδης Essentialis ille, quo Deus adest omnibus hominibus & creaturis, essentia divinitatis sua cælum & terram implens ac cuncta gubernans, Ps. 139, 7, & seqq. Act. 17, 27. Ierem. 23, 24. Ut nec specialis ille, quo omnibus sanctis & iustificatis fide, adest non ἑσιώδως, sed & ἐνεργείᾳ χάριτος. 1. Cor. 3, 16: Siquidem hac ratione inter reliquas creaturas, aut certè sanctos, ac inter Christum nullum relinqueretur discrimen.

55. Non deniq; peculiaris etiam ille, quo beatis Angelis, & hominibus in vita aeterna, non modò generali illa presentia Deus adest, inq; ipsos vita sua & lucis radios spargit: verùm etiam tam arcto fœdere illis se coniungit, ut in aeternum ab illis non sit discessurus.

56. Quamvis enim hic modus superiores omnes longo post se intervallo relinquit: nunquam tamen efficit, ut Deus & beatus Angelus, vel homo, unam constituent personam aut ἑνωσιν.

57. Relinquitur ergo unionem hanc duarum in Christo naturarum esse ἸΠΟΣΤΑΤΙΚΗΝ personalem, secundum quam non pater, non Spiritus S., sed Filius uni-

genitus, secunda persona divinitatis, sive ὁ λόγος, non personam ἰδιοῦσάντων, sed naturam humanam ex virgine matre assumptam, ὑποσείκουσ personaliter sibi univit, ita ut Deus factus sit homo, & homo erectus in dignitatem divinam.

Canon. I.

58. Etsi enim, ut rectè Concilium Toletanum VI. definiuit, tota Trinitas coöperata est formatioe suscepti hominis, quoniam opera Trinitatis ad extra sunt indivisa: Solus tamen filius suscepit eum in singularitatem personae, non in unitatem divinae naturae.

59. Quod ut dilucidius constet, probè tenendum, Naturam sive Essentiam divinam ita communem esse toti Trinitati, ut tamen tota sit in singulis personis: Sic ὑπόσκειν sive personam in divinis non esse rem aliquam extra & prater divinam essentiam existentem, cui postea essentia communicata sit: nec essentiam divinam extra vel prater personas tali modo existere, ut in una & eadem persona, ὑπόσκειν & ἔσκει realiter differant: utroque enim modo introduceretur Quaternitas: sed ipsam unicam & eandem simplicissimam divinam essentiam considerari vel absolute, quo modo communis tribus personis, nihil aliud est quam tota Trinitas: Vel relate, sicut tota est in singulis personis, in patre gignens, in Filio genita, in Spiritu Sancto procedens.

60. Huius distinctionis consideratione rectè affirmamus, naturam divinam non simpliciter primò (id quod citra reliquarum Trinitatis ὑπόσκειν incarnationem fieri neutiquam potuisset) sed ὑπόσκειν & λόγος primò & immediate, ac proinde mediante hac ὑπόσκειν & λόγος, ut quae à natura divina non nisi τῷ λόγῳ differt, Deitatem ἐπομένως quasi natura assumpta unitam esse.

61. Natura ergo seu essentia divina relate se habens nimirum sub solius Filij persona terminata, seu, quod idem est,

est,

est, natura divina genita ab aeterno, tota humana natura assumpta unita esse hypostaticè creditur.

62. Est autem unio hac hypostatica, usq; adeò singularis $\mu\omicron\nu\omicron\tau\epsilon\omicron\pi\textcircled{\circ}$, $\kappa\acute{\iota}$ $\epsilon\acute{\xi}\alpha\iota\gamma\epsilon\tau\textcircled{\circ}$ $\iota\omega\epsilon\gamma$ $\Phi\acute{\upsilon}\sigma\iota\nu$, $\iota\omega\epsilon\gamma$ $\nu\acute{\epsilon}\nu$, $\iota\omega\epsilon\gamma$ $\kappa\alpha\lambda\acute{\alpha}\lambda\eta\psi\iota\nu$, ut in constituenda eius definitione maxima hodiè sese offerat diversitas.

63. Etsi enim sancti patres varijs exemplis sive similitudinibus mysterium hoc explicare sunt conati: ut Cyrillus, Augustinus, Athanasius &c. similitudine petita ab unione naturali animæ & corporis: Sic Origenes, Basilus, Damascenus, exemplo ferri igniti: & alij aliter.

64. Rectè tamen de his omnibus illud Iustini usurpamus: ἀρμόδιον ἔγχε παράδειγμα, & κατὰ πάντα, κατὰ τὴ γέν. Expos. fid. fol. 300.
Et ἐλαττῆται πάν παραδείγμα.

65. Hic enim, ut D. Augustini verbis utamur, si ratio queritur, non erit mirabile: Si exemplum poscitur, non erit singulare: Demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur investigari non posse: In talibus rebus tota ratio est facti, potentia facientis. Epist. 3. ad Volusianū.

66. Neq; ipsi patres his similitudinibus alio fine fuerunt usi, quàm quo à nobis etiam adducuntur, ad ostendendam nimirum duas diversissimas naturas, divinam & humanam unitas esse ἀτρέπτως καὶ ἀσυγχύτως, non sine summa & ineffabili κοινωνία τῆς ὑπόστασεως καὶ ἰδιωμάτων & λόγῳ in humanitatem assumptam: id quod præ reliquis Iustinus Martyr pluribus eruditè explicat, loco iam citato.

67. Quod si verò Sacramentariorum, & qui cum ipsis syncretismum nuper inierunt, Iesuitarum descriptiones ad trutinam verbi divini appendamus; Deum immortalē quanta sese stropharum ἀσσοφισμάτων offert sæcunditas?

68. Vniri enim hypostaticè nonnullis ex ipsis nihil est aliud, quàm naturam humanam non habere propriam

B 3 subsisten-

subsistentiam, sed assumtam esse à λόγῳ aeterno, ad ipsum & λόγῳ subsistentiam.

69. Idem est ac si dixissent, unionem personalem esse unionem personalem: vel λόγον assumisse naturam humanam, quia assumpsit eam.

70. Alij licet alijs utantur verbis, definiendo hypostaticè uniri esse ita in ἕνωσιν & λόγῳ sustentari, ut si hac unio facta non esset, aut si dissolveretur, natura assumpta redigeretur in nihilum: plus tamen adhuc ipsos non dicere est manifestum, quàm unionem personalem esse unionem personalem: atq; ita illos subdolè τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτεῖσθαι.

71. Hoc enim ipsum est κεινόμενον de quo hodiè controvertitur: Quidnam sit illud, quod unionem hypostaticam, ab omnibus alijs unionis sive praesentiae modis distinguat: Quod cum sacramentarij non explicent, mancam omninò, mutilam & imperfectam descriptionem unionis hypostaticae Ecclesiae obtrudunt.

72. Quod si verò descriptiones unionis hypostaticae, quas sacra nobis proponunt litera diligentius intueamur, manifestissimum evadet, semper coniungi mentionem effectus seu consequentis ipsam unionem: Quem effectum κοινωνίαν seu communicationem nominamus, ex qua vel maximè unionis huius mysterium elucet.

73. Certè Ioh. 1, 14. cum descripsisset Evangelista & Apostolus unionem personalem, dicens, verbum caro factum est: statim subiungit; Et vidimus gloriam eius, gloriam tanquam unigeniti à patre, plenum gratia & veritate: Et Luc. 1, 32. Angelus conceptionem Mariae annuncians, statim subiecit, vers. 35. Quod ex te nascetur sanctum, Filius Dei vocabitur.

74. Et hoc ipsum est, quod Iohannes pronunciat, Pater non dat Filio Spiritum ad mensuram, Ioh. 3, 34. Et quod

quod Apostolus omnem plenitudinem Deitatis in Christo
σωμαίνωσ habitare; imò omnes thesauros sapientia &
scientia in ipso esse reconditos asseverat. Coloss. 1, 19. 2, 3,
& 9.

75. Unde firmiter colligimus ex κοινωνία hac sive com-
municatione, tanquam effectu, de vera unionis hypostati-
ca definitione, sive differentia specifica statuendum esse.

76. Quem effectum: quamdiu sacramentarij negant
uti certè strenuè negant: tamdiu coram Deo & Ecclesia
rei tenentur, ipsos unionem etiam ipsam nullo modo serio
credere.

77. Quibus ita constitutis definimus unionem hypo-
staticam sive personalem, quod sit ineffabilis, & aeterna du-
arum in Christo naturarum coniunctio, qua λόγος ex
Maria virgine naturam humanam integram, decreto &
coöperatione totius sacrosanctae Trinitatis, in unitatē suae
σωμαίνωσ assumptis; seq. totum illi communicando, unum
cum ea ὁφισάμενον constituit, quod est ac dicitur Christus;
ita ut per eam, ex incarnationis quidem tempore opus redem-
ptionis perfecit; nunc vero post exaltationem per ean-
dem personaliter presentem omnia in caelo & in terra a-
gat & operetur.

78. Caterum duplex ex unione hypostatica oritur
κοινωνία seu communicatio: prior naturarum ipsarum:
altera Idiomatum seu proprietatum.

79. Ac naturarum quidem κοινωνία quod attinet,
etsi nulla planè Eutychiana sive physica naturarū facta est
immutatio, qua una in alteram transierit: unde fit, ut
neutra etiam de se invicem in abstracto predicari possit:
minimè tamen propterea nuda παράστασις assistentia seu
παράθεσις appositio naturarum, quam sacramentarij ur-
gent, ulla ratione est concedenda, ut qua Nestorianam he-
resin plenis quod aiunt velis in Ecclesiam Christi introdu-
cis.

Qui

Coloss. 2,
9.
Hebr. 2,
14.

80. Qui n. naturarum nuda foret $\omega\rho\acute{\alpha}\sigma\tau\iota\varsigma$, cum hu-
mana non sit $\text{idios}\acute{\upsilon}\sigma\tau\eta\iota$ & vel $\alpha\upsilon\tau\acute{o}\nu\theta\epsilon\tau\eta$; sed suum $\tau\acute{o}\nu\epsilon\alpha\theta$
vix unicè in $\acute{\upsilon}\pi\omicron\sigma\acute{\alpha}\sigma\epsilon\iota$ & $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ obtineat? cum plenitudo
Deitatis in assumpta carne habitet $\sigma\omega\mu\acute{\alpha}\tau\iota\kappa\omega\varsigma$? cum $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$
particeps sit factus carnis & sanguinis humani?

81. Hac realis naturarum $\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\nu\acute{\iota}\alpha$ basis ac fundamens-
tum est illarum enunciationum, quibus unius natura con-
cretum, de concreto alterius natura predicari in Scriptu-
ris legitur.

Lu. 1, 35.
Ier. 23, 6.

82. Hinc rectè dicimus, quod Deus sit homo: & homo
Deus: Quemadmodum angelus id quod ex Maria nasci-
turum erat Filium altissimi: & propheta germen Davidis
Iehovam nominat.

83. Etsi verò ad inusitatum predicationis genus phrases
has libenter referimus, minimè tamen eorum tolerandam
esse malitiam arbitramur, qui eas ad figuratos loquendi
modos referre, & vel per $\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\iota\omega\sigma\iota\nu$ uti Cinglius, vel per ali-
um quempiam Tropum interpretari haud erubuerunt.

84. Reijcimus ergò & damnamus Pauli Samosateni erro-
rem statuentis Deum quidem habitasse in Christo, ut in aliis
is prophetis, sed fuisse illas $\delta\upsilon\omicron$ $\Phi\upsilon\sigma\epsilon\iota\varsigma$ $\delta\iota\eta\eta\mu\acute{\epsilon}\nu\omega\sigma$ $\acute{\epsilon}\chi\theta\omicron\sigma\alpha\varsigma$, $\kappa\alpha\iota$
 $\acute{\alpha}\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\nu\acute{\eta}\tau\epsilon\varsigma$ $\pi\acute{\epsilon}\rho\omicron\varsigma$ $\acute{\epsilon}\alpha\upsilon\tau\acute{\alpha}\varsigma$ $\omega\alpha\nu\lambda\acute{\alpha}\pi\alpha\sigma\iota\nu$, hoc est, duas naturas
divisim se habentes, & invicem prorsus esse incommunica-
biles, id quod Suidas & Theodorus Rætensis presbyter
multis testantur.

85. Reijcimus etiam ac damnamus sacramentariorum &
Iesuitarum, in Samosateni castris strenuè admodum pug-
nantium erroneam opinionem, partim nudam $\omega\rho\acute{\alpha}\sigma\tau\iota\varsigma$
naturarum, sive mutua earundem $\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\nu\acute{\iota}\alpha$: partim verò
verbalem saltem non realem $\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\nu\acute{\iota}\alpha\nu$ fingentium.

86. Verum de hoc ipso errore, ut & de altero communica-
tionis gradu, qui $\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\nu\acute{\iota}\alpha$ $\text{id}\iota\omega\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu$ nominatur, in sequen-
te disputatione proxima agendum erit copiosius.

F I N I S,





28.



DISPUTATIO III.

E VNIONE
POSTATICA DVA-
RVM IN CHRISTO

NATVRARVM,

QVAM

Auxiliante Spiritu Sancto

PRÆSIDE

ONHARTO HVTERO

SS. THEOLOGIAE

DOCTORE,

*Die 17. Junij, horis pomeridianis
defendet*

ARTHOLOMAEVS VVIN-
TER ALTENBURGENSIS.



F E N Æ

Typis Tobia Steinmanni

ANNO MDLXCVI.

